gratiam cogitare. Et quod est
sic mitte manum tuam. ut
scias quia talia oportet te pre
parare nisi quod iam dixi. quia
sicut christus pro nobis animam suam
posuit. sic et nos debemus
pro fratribus animas ponere. Sic enim
ait et beatus petrus apostolus.
Christus passus est pro nobis. relin
quens vobis exemplum: ut
sequamini vestigia eius. Hoc
est talia preparare. Hoc etiam
et beati martyres. ardenti devo
tione fecerunt. Quorum sol
lempnia celebramus. atque
in convivio quo et ipsi saturati
sunt ad mensam domini accedamus: oportet ut quemad
modum ipsi talia preparamus.
Deo quippe ad ipsa l. iij.

sumus. si pro illo usque ad
sanguinem martyrium du
xerimus. Ille potestatem
habuit ponendi animam suam:
et iterum sumendi eam; nos autem
nec quantum volumus vivi
mus: et morimur. et si no
lumus. Ille moriens mox
in se occidit et mortem; nos
eius morte liberamur a morte.
Illius caro non vidit corrup
tionem; nostra vero post corrup
tionem in fine seculi per illum
induetur incorruptionem.

Sermo sancti aug. episcopi. l. iiij.

Merito queritur quomodo accipien
dum sit: quod ait dominus. Vos
autem dixi amicos; quia omnia
quecumque audivi a patre
meo. nota feci vobis.
Quis enim audeat affirma

License: cc-by – Odense, Syddansk Universitetsbibliotek, RARA Musik L 40, Back cover r – Augustinus, In Evangelium Ioannis tractatus (https://fragmentarium.ms/view/page/F-a73a/12065/86382)